

creato facta adversus patrem pupillorum, nisi secundum testamentum apparuerit datus tutor: nisi, postquam scriptum est testamentum, capitale certamen eis ad invicem constitut: vel nisi antiquior quidem est testamento inimicitia. Propter hoc autem videtur esse datus tutor, ut supponatur debito, et negotio: et hoc ex epistola imperatoris Severi ostenditur. — § 18. Amplius autem absolvitur a tutela, cum questionem quis pupillo de statu moveat, cum videtur hoc non calumnia facere, sed bona fide: et hoc divi Marcus et Severus promulgaverunt. — § 19. De rusticis autem, et humilibus, et illiteratis, scribit Paulus ita:

Mediocritas et rusticitas interdum excusatione praebeant, secundum epistolas divorum Hadriani et Antonini. *Eius, qui se neget literas scire, excusatio accipi non debet, si modo non sit expers negotiorum.*

7. ULPIANUS, lib. sing. Excusationum.

Paupertas⁵² sane dat excusationem, si quis imparem se oneri juncto possit probare: idque divorum fratrums rescripto continetur.

8. MODESTINUS, lib. 5 Excusationum.

Sed et milites, qui honeste compleverunt militiae tempus, remissionem habent tutelarum adversus omnes hodie privatos. Adversus autem filios eorum, qui eidem ordini communicaverunt, et eorum qui olim milites fuerunt, intra annum quidem dimissionis remissionem habent, post annum autem non habent: coequalitas enim honoris militiae fortior videtur olim militum privilegio: nisi fortassis alias haberent justas tutelas excusationes, utpala numerum annorum, vel aliquid tale, quale et privatos adversus omnes excusare consuevit. Hec autem de filiis, non de nepotibus eorum, qui olim milites fuerunt. Nepotes enim eorum qui olim milites fuerunt, in eodem loco cum reliquo privatis esse creduntur. — § 1. Qui nimis ignominiose dimisi sunt, similis his qui nequam militaverunt, existimantur: et propter hoc neque ipsi habent privilegium, neque filii eorum, qui olim fuerunt milites, tutores dati obligabuntur. — § 2. Quandoque autem non complent quidam militiae tempus, et tamen habent remissionem tutelarum, sed non eandem cum iis qui compleverunt: qui enim vigesimum⁵³ annum militiae excessit, similis esse creditur ei, qui complevit tempus militie. — § 3. Qui autem intra hos annos dimissus est, non habet continuam tutelarum immunitatem, sed ad tempus, quemadmodum et reliquorum civilium munerum remissionem habet: qui enim intra quinque annos militia solitus est, nullam sibi vindicabit immunitatem: qui autem post quinque annos, unius anni habet immunitatem: qui autem post octo, bienni: qui autem post duodecim, trienni: qui autem post sexdecim, quadrienni: qui autem post viginti, sicut supra diximus, continuo absolvitur. — § 4. Qui autem inter nocturnos custodes⁵⁴, qui sunt Roma, militaverit, anni solus habet remissionem. — § 5. Ita autem, si honeste scilicet absoluti fuerint, sicut dictum est, vel propter aegritudinem causativam⁵⁵ remissionem accepient: est enim et haec honesta: qui enim ignominiosi potius remissione, non habet vacationem. — § 6. Veteranus autem esse creditur, non solum legionarius, sed et omnis⁵⁶, qui qualitercumque militavit, etsi honeste et ipse solutus: [filiorum tamen tutor erabatur]. etenim legionarius⁵⁷ ejus, qui inter nocturnos custodes militavit, filiorum tutor fit. — § 7. Jam vero et militi impuberi curator dabatur, qui olim miles fuerit, scilicet si pater hujus mortuus fuerit, sive etiam hic emancipatus fuerit similiter. — § 8. Et de universis his constitutiones testantur. — § 9. Scribit autem et Ulpianus ita. Sed ignominia missi ab urbis plane tutelis excusabuntur: quia ingredi eis urbem non licet. Plane, si quis in cohortibus urbanis permilitavit, licet ante viginti annos mittitur, tamen perpetuum habet a tutelis excusationem.

§ 10. Quesumus est autem, utrum unam et semel tutelam recipiunt, qui olim fuerunt milites, vel uno tempore non amplius quam semel: quiescente autem prima tutela, rursus [privilegium] recipiant: aliter atque in privatis, qui quieverunt: non enim auxiliantur his, qui habuerunt, neque intertres adnumerantur, ita et in his, qui olim fuerunt milites, non prodest creatum esse. Hoc autem et in curis est promulgatum, ut ostendit divi Severi et Antonini constitutio. — § 11. Et nihil differt, qualiter indigent filii commilitonum tutole vel curatore, utrum emancipati, vel patre mortuo. — § 12. Primipilarii ex constitutionibus imperialibus excusationem habent reliquarum tutelarum: primipilarii autem filiorum tutoles erunt. Primipilarii autem hi existimantur, qui exercent primum pilum. Si autem non exercens mortuus fuerit, hujus filiorum primipilarii tutor non erit.

— 31. 2 8, Inst. eod. — 32. L. 40, in fin. inf. 2 6, Inst. eod. — 33 L. 9, C. quando provocare. — 34. L. 1, L. 3, supr. de officiis praefecti vigili; L. un. 2 1, in fin. inf. de boni possess. ex testam. militi. — 35. L. 8, C. de re militari. — 36. Fac. L. 15, 2 3, inf. ad leg. Jul. de adult. — 37. L. ult. C. de excus. tetricam. — 38. L. ult. C. si tunc vel curat. republ. — 39. 2 2, Inst. L. 4, inf. de vacat. mun. — 41. L. 19, L. 21, 2 2, L. ult. in fin. inf. L. 2, L. 15, C. b. t.; L. 32, 2 3, supr. de admin. et peric. tut. — 42. 2 2, Inst. h. t.; 2 5, Inst. de curst.

9. ULPIANUS, lib. sing. de officio Prætoris tutelaris.

Si tribunus in cohortibus prætoris permilitaverit, etiam a collegatum filiorum tutela excusabitur, beneficio divi Severi, et imperatoris nostri.

10. MODESTINUS, lib. 5 Excusationum.

Non solum autem, qui ad caligatas militias, et reliquas primipilarii militaverunt, sed et qui qualitercumque necessitatibus publica plebis Romanorum gratia absentes fuerunt, anni habent vacationem post revercionem⁵⁸. — § 1. Annus denique hic non solum his qui compleverunt consuetum militiae tempus, in reliquis publicis necessitatibus datur, sed et his, qui qualitercumque quieverunt a publica necessitate, et reversi sunt, et si minus tempus eo, quod constitutum est, consummaverunt. — § 2. Quas denique prius habebant tutelas, propter hoc autem deposuerunt, quoniam publici negotii gratia abibant, has, quom reversi fuerint, confessus recipiunt⁵⁹, nihil eis auxiliante anno: annus enim ad futuras novasque datur, non ad eas, quae resumi debent. — § 3. Annus autem copulatorum dierum scrutabitur⁶⁰ ex quo quis reversus est: rectam viam dirigens, vel dirigere debens, non eam, quae est ex circuitibus. — § 4.

Et qui in testamento dati sunt tutores, renuent secundum leges, administrationem earum⁶¹, qua in alia provincia sunt possessionum, quod ostendit subjecta divi Severi constitutio.

Divi Severus et Antoninus Augusti Valerio: *Testamento tutor datum, ante præsinitum diem adire debuisti, et postulare, ut ab administratione rerum, que in alia provincia erant, liberareris.*

§ 5. Qui primum pilum explevit, si cum tutelam suscepisset unius filii, rursus in militares necessitates assumptus erit, deponit solicitudinem tutela. — § 6. Similiter et in locum illius tutoris, quem postea sibi collegam quis adduxerit, dabatur curator, ut ait constitutio divi Severi: quam recte adaptans omnibus similibus capitulis, curatorem dari locum in locum eorum, qui temporis vacationem recipiunt. — § 7. Si libertus impubes dabatur a patrono tutori filii suis, vel alius quicunque minor vigintiquaque annis: donec quidem impubes fuerit, non molestabit: interim autem alter in locum ejus creabitur curator. Similis est hinc et legitimus tutor, si impuberem esse contigerit: etenim in locum ejus curator interim dabatur. — § 8. Si quis ita agrotus fuerit, ut oporteat eum non omnino dimittit a tutela, in locum ejus curator⁶² [interim] dabatur: sanatus autem hunc rursus recipiet tutelam. Si quis autem in insaniam⁶³ inciditerit, similis est huic: et ita Ulpianus scribit. Adversa⁶⁴ quoque valetudo excusat, sed ea quæ impedimento est, quominus quis suis rebus superesse possit, ut imperator noster cum patre rescripsit.

11. PAULUS, lib. sing. de Excusatione tutorum.

Et non tantum, ne incipiant, sed⁶⁵ et a copta excusare debent.

12. MODESTINUS, lib. 5 Excusationum.

Idem Ulpianus scribit. Sed in hoc rescripto adjectum est, solere vel ad tempus vel in perpetuum excusari, prout valetudo est, qua adscitur. Furor⁶⁶ autem non in totum excusat, sed efficit, ut curator interim⁶⁷ detur.

§ 1. Sunt et alii, qui, etsi jam sint tutores vel curatores, continuo tamen de religio absolvuntur a sollicitudine: puta qui domicilium alio transulerunt, ex rescripto imperatoris scientis quidem tutorem esse eum, qui cognovit, scilicet si pater hujus mortuus fuerit, sive etiam hic emancipatus fuerit similiter. — § 2. Et de universis his constitutiones testantur. — § 9. Scribit autem et Ulpianus ita. Sed ignominia missi ab urbis plane tutelis excusabuntur: quia ingredi eis urbem non licet. Plane, si quis in cohortibus urbanis permilitavit, licet ante viginti annos mittitur, tamen perpetuum habet a tutelis excusationem.

§ 10. Quesumus est autem, utrum unam et semel tutelam recipiunt, qui olim fuerunt milites, vel uno tempore non amplius quam semel: quiescente autem prima tutela, rursus [privilegium] recipiant: aliter atque in privatis, qui quieverunt: non enim auxiliantur his, qui habuerunt, neque intertres adnumerantur, ita et in his, qui olim fuerunt milites, non prodest creatum esse. Hoc autem et in curis est promulgatum, ut ostendit divi Severi et Antonini constitutio. — § 11. Et nihil differt, qualiter indigent filii commilitonum tutole vel curatore, utrum emancipati, vel patre mortuo. — § 12. Primipilarii ex constitutionibus imperialibus excusationem habent reliquarum tutelarum: primipilarii autem filiorum tutoles erunt. Primipilarii autem hi existimantur, qui exercent primum pilum. Si autem non exercens mortuus fuerit, hujus filiorum primipilarii tutor non erit.

— 43. L. 15, supr. de tutel. 2 5, Inst. de curat. — 44. L. 12, in pr. inf. h. t. — 45. L. 11 L. 12, in pr. inf. 2 7, Inst. eod.; L. un. C. qui dare tut. — 46. L. 40, in pr. inf. h. t. — 47. L. 10, in fin. supr. eod. — 48. L. 11, supr. de tutel. 2 2, Inst. qui testam. tut. — 49. L. 1, 2 1, inf. quando appell. — 50. L. 18, C. 2 16, Inst. h. t. — 50. L. 58, inf. 2 16, Inst. eod. — 51. L. 6, C. eod. — 52. L. ult. supr. de tut. et curat. dat.

vel ad domum), et extra hos, alios triginta dies habebit ad excusationem. Hoc autem convenit et iis, qui testamento dati sunt, sive tutores fuerint, sive curatores, quos confirmari a magistratibus consuetum est. — § 2. Aliud etiam invenimus in divi Marci promulgatione, inquisitione dignum: etenim ei, qui in ipsa civitate est, in qua creatus est, vel intra centum milliaria, quinquaginta dierum spatium legislator dedit: ei vero, qui ultra centum milliaria habitat, in unamquamque diem numerari⁶⁸ vi- ginti milliaria jussit, et extra hos alios triginta dies adiecti ad excusationem, unde contingit, ut, si cuius habitat centum sexaginta milliaria absit, is octo et triginta dierum spatium habeat, octo quidem centum sexaginta milliariorum nomine in unamquamque diem, viginti milliaria numeratis, triginta vero, eo, quod ad excusationem faciunt: erit igitur in deteriori ordine, qui longius habitat, eo qui intra centum milliaria est, vel in ipsa civitate, si utique his quidem semper quinquaginta dies spati sunt, illis vero pauciores: sed elsi maxime verba legis hunc habent intellectum, tamen mens legislatoris aliud vult: ita enim et Cerdius Scrofa⁶⁹, et Julius Paulus, et Domitius Ulpianus, coryphae legum prudentum scribunt, dicentes ita oportere hoc observari, ut nunquam aliqui minus detur quinquaginta dierum spatio: tunc autem longius, cum annumeratio dierum, qui in viam computantur, adiectis triginta diebus, quos ad excusationem lex dat, excedit quinquaginta dies: utputa si dixerimus, aliquem a quadrangente quadragesima milliarum habite: hic enim via quidem habebit dies viginti duos, ad excusationem autem alias triginta. — § 3. Observabunt autem hoc temporis spatium omnes, qui qualitercumque excusantur a tutela, vel cura, vel parte ejus. — § 4. Consequens autem est credere, quod si aliqua specie excusationis fuerit quis usus, non aliter audiatur, quam si observaretur constitutum tempus: nisi forte alterius⁷⁰ alicuius civitatis est civis. — § 5. Ita vero necesse est custodiri constitutum tempus, ut et si excusari fuerit dimissus, non liberari eum. Divi Verus et Antoninus ostendunt in constitutione, jubentes non delineri eum, qui in locum ejus creatus sit, quasi non⁷¹ licet alium uidetur in locum existentis tutoris. — § 6. Sufficit autem intra constitutum tempus excusare se solum. Si enim postea nolens deserit, non ei nocet, ideoque si representaverit quis se solum, non permanerit autem postea, ut se excusat, post constitutum tempus exceptione repellit, et hoc dicit constitutio imperatorum Veri et Antonini. — § 7. Si enim quis propter aegritudinem, vel aliam necessitatem (puta maris, vel hymen, vel incursum latronum, aut aliam quam similem) constituto tempore non poterit venire: ignoscendum ei est: cujus fidem tametsi sufficit firmare ex ipsa naturali justitia, tamen et constitutio imperatorum Veri et Antonini haec dicit. — § 8. Scire autem oportet, non sufficere, si accedit ad judicem, sed oportere etiam de specie remissionis testari: et si multa habeat iura, que ad remissionem faciunt, omnia nominare: si minus, similis esse ei, qui nequam accessit, aut accusari quidem, justam autem remissionis causam non nominavit. — § 9. Quinquaginta vero dies continu⁷² numerantur, incipiendo a tempore cognitionis, quo quis cognovit seipsum datum esse. — § 10. Oportet autem una testari ante tribunal, vel aliter, in submemoracionibus. Potest autem et libellos⁷³ dare, ut idem ipsi aiunt imperatores. — § 11. Haec de iis qui observare constitutum tempus debent. De iis autem qui non subjecti sunt constitutis temporibus, age scrutemur. — § 12. Qui non juste data sunt tutores (hoc est, a quibus non oportet⁷⁴, aut quos non oportet, aut quibus non oportet, aut quo non oportet modo) si neque consermentur, neque administrarentur, sunt immunes: neque opponet quis eis, quod constituta⁷⁵ tempora excusationis non observaverint: neque enim habent excusationis necessitatem, ut ostendunt in subiectis constitutionibus, quas exempli gratia subjici: adaptantur autem utique omnibus.

Imperator Hadrianus Bitrario Pollio legato Lygdonensi: *Si Claudius Macer, quamvis filius/familia sit, idoneus tutor esse videbitur: pater autem ejus idcirco cavere non vult, ut filium suum tutela extimat, et in hoc artificio perseveraverit: existimo te huic fraude reci- cursurum, ut et filius et ipse ad tutelam liberorum Clementis gerendam compellantur.*

16. Idem, lib. 2 Responsorum.

Gaius testamento Nigidium filio suo tutorem dedit, eundemque usque ad vicesimumquintum annum curatorem constituit: quero, cum licet Nigidio a curatione etiam citra appellationem⁷⁶ se excusare, ex qua die tempora, quæ in excusationibus observanda D. Marcus statuit, computanda sunt: utrum ex die aperti testamenti, an ex quo ad negotia gerenda vocatur, id est, post quartumdecimum annum impletum? Modestinus respondit, excusationem⁷⁷ a cura tunc necessariam esse, cum decreto prætoris seu presidis confirmatus curator fuerit.

in fin. inf.: L. 15, C. h. 1; L. 17, 2 1, inf. ad municipal. — 57. L. 60, 2 1, supr. de ritu. — 58. L. 9, C. qui petant tut.; L. 9, C. qui dare tut. — 57. 2 16, Inst. h. t. — 58. Vnde tamens L. 2 5, inf. eod. — 59. L. 1, 2 1, supr.; L. 1, C. de confirm. tut. — 60. L. 6, C. h. 1. — 61. Per. L. 8, in pr. inf. de fiduciis int. — 62. 2 4, supr. hinc L. 5, C. qui dare tut. — 63. L. 1, C. h. 1. — 64. L. 2 5, supr. de iustam. tut. — 65. L. 4, C. de professa, et med. — 66. L. 14

53. L. 5, in pr. inf. de verb. sign. — 54. 2 16, in fin. Inst. h. t. — 55. 2 ult. inf. h. 1. — 56. L. 9, C. qui petant tut.; L. 9, C. qui dare tut. — 57. 2 16, Inst. h. t. — 58. Vnde tamens L. 2 5, inf. eod. — 59. L. 1, 2 1, supr.; L. 1, C. de confirm. tut. — 60. L. 6, C. h. 1. — 61. Per. L. 8, in pr. inf. de fiduciis int. — 62. 2 4, supr. hinc L. 5, C. qui dare tut. — 63. L. 1, C. h. 1. — 64. L. 2 5, supr. de iustam. tut. — 65. L. 4, C. de professa, et med. — 66. L. 14